



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

85. Quando vir Nobilis consuluerat alteri, ut homicidium committeret, sed postea ante perpetratum facinus condilium revocavit, multas rationes ad dissuadendum adhibens, quæsivit à me postea, an ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

Tractatus Quintus

130

rei illicitæ, quæ natura sua tendit ad occisionem ergo, &c. Ita Lessius *vbi sapr'a dub.* 21. c. 137. cui adde Petrum Nauarra de restit. lib. 2. c. 3. n. 262. & Beccanum in 2. 2. D. Thom. q. 9. de restit. concl. 4.

3. Sed ex supradictis oritur difficultas, ex quanam culpa hoc est, ex quanam negligentia non adhibita in supradictis casibus homicidij causalitatis oritur obligatio restitutionis: Respondeo cum Azorio p. 3. lib. 5. c. 3. q. 9. & Lessio lib. 2. c. 9. dub. 17. n. 115. ex culpa & negligentia lata, non levissima, vel leui; verum in dicto casu restitutio sit mitius facienda, quia si homicidium ex industria fuisse admissum negatiuè responderet Azorius *q. 3.* & Nauarr. in man. c. 15. n. 27. affirmatuum sententiam tenet Sylvestris ver. restitutio 3. q. 2. & Angelus eodem ver. 1. afferentes restitutionem in tali casu non in integrum, sed ex parte, arbitrio boni & prudentis virti faciendam esse.

RESOL. LXXXIV.

An qui ex timore mortis personam aliquam demonstrasset, qua postea occisa est, teneatur ad restitutionem?
Ex part. 5. tr. 4. Ref. 63.

Sup. hoc in §. 1. A D hoc dubium ita responderet Rodriguez in tom. 7. tr. 5. *A* summa tom. 1. c. 222. n. 16. [El hombre preso Ref. 76. 8. Et de los ladrones y malhechores, que sabe que van a matar a Francisco, y quemar su casa, y contieneo con temor de la muerte, se la va a mostrar, y matar a Francisco, y quemar su casa, se deve condenar pro homicida, y esta obligado a restituir el daño que se siguió de mostrar la dicha casa; porque aunque en ninguna manera podia evitar la muerte, si no es, enseñandoles la casa, obligacion venia de antes morir, que mostrarsela, pues sabia que mostrandosela, auiá de cometer contra el proximo tan grande injusticia, y auian de hazer tan graues pecados; lo qual non podemos hazer por conservar la vida corporal, como lo prueba Paulo Comitoli, cuya opinion recibio en el fuero exterior, empero en el fuero de la conciencia no le obligaria a esta restitution; porque el no fue causa moral deste daño.] Ita ille, & ego.

RESOL. LXXXV.

Quidam vir Nobilis consuluerat alteri, ut homicidium committeret, sed postea ante patrum facinus consilium revocavit, multas rationes ad dissuadendum adhibens, quae finis à me postea, an teneatur ad restitutionem damni ex illo homicidio sequuntur?
Et in texu huius Resolutionis deciditur discrimen inter consilientem, & mandantem. Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Ref. 15. aliás 17.

Q uod hoc in rom. 5. tr. 2. lego dicitur. *O* vidam vir doctus Societatis Iesu, consultus in tom. 5. tr. 1. Estrinam 1. rationes ref. 27. & 28. & ibi in tr. 6. res. 24. & 25. per temp. & consilientem, nam mandatarius non exequitur totam, & sic mandatum nomine proprio, sed nomine, & in gratiam manter. §. 2. mandantis. Ergo postquam revocatum est mandatum, ante me. & hoc ei notificatum est, si mandatarius his non obtrum, & ex sanctis committat delictum, illud committit nomine omnibus in proprio, & proprio arbitrio. Ergo ei imputabatur. Secundus quid eius est in consiliente, quia ostensione commodi, vel honoris, consulens voluntatem alterius ad damnum sentendum.

inferendum promovit, & hæc motio tamdiu dura, quamdiu ipse tali consilio incitatus damnum consilium vult exerci; hinc aut P. Molina consilium datur gratia eius cui datur, ut is illo vtratur, tanquam suum negotium agens, & que ratione, quandocunque is illo promotus, damnum iniuste infert, imputatur opus, quodamnum infert, atque effectus ei, qui tale consilium dedit, tanquam causa, per id consilium ad id opus, ad cunctum effectum cooperanti.

2. Ego vero dictum consulente ad restitutionem non obligavi, tenens contrariam sententiam, quam probabilem vocat Lessius *sapra n. 18.* & illam docet doctissimus Nauarra de restit. lib. 3. c. 4. n. 27. Salom. in 2. 2. q. 5. 2. art. 7. contr. 9. Regin. in præc. tom. 1. lib. 10. c. 10. q. 1. n. 108. & Azor. p. 3. lib. 4. c. 11. qu. 2. Et ratio est, quia quando consilens fecit quod potest, ut consilium suum evuerat, vel ostendit omnibus consideratis esse iniquum, & non sequendum, non videtur executor ipsius consilii moueri; sed sua malitia. Ergo &c.

Negandum est igitur, contra DD. aduersa sententia, discrimen inter mandantem, & consilientem.

RESOL. LXXXVI.

Quaritur, an consilens homicidium de quo supra dictum est, postquam renouavit consilium, nihil potest persuadere; an inquam, tenebatur non solum ex charitate, sed etiam ex iustitia monere cum secreto, contra quem huicmodi consilium datum fuit, ad efficiendum se tuendi? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Ref. 16. aliás 18.

*T*eneri ex lege iustitia putant aliqui, quos sequitur Barthol. à S. Fausto in speculo confess. dis. 4. q. 72.

2. Multi vero putant, cum obligari ad renouandum consilium lege iustitia, quoniam nondum est delictum perpetratum sed reuocato consilio, non cogit legi iustitia monere secretò eum, contra quem consilium est datum, sed lege charitatis, si commode potest admovere illum. Quare si reuocato consilio delictum fuerit admissum, non cogit, inquit, compensare damnum, quia non est consilium ipsius secum, cum ille alius delictum admiserit, quia voluit ex sua malitia, non quia consilium est illi datum. Hac Azor. p. 3. lib. 4. cap. 11. q. 3. ex sententia multorum, quam probabilem vocat, sicut & ego etiam existimo.

RESOL. LXXXVII.

An, qui consuluit homicidium, postquam revocavit consilium, sed non certioravit eum, cuius vita paratur execidium, teneatur ad restitutionem? Ex part. 5. tr. 4. Ref. 64.

*R*espondet quod licet talis ex lege iustitia teneatur reuocare consilium, si tamen nihil persuadat, non teneat eadem lege monere cum, contra quem de necesse, aut alio damno consilium debeat, ut habibi caueat, sed sola lege charitatis ad id obligatur, si tam men commode potest, & proinde si reuocato consilio, & revocatione cognita delictum fuit consummatum, nihil teneatur restituere. Ita probabiliter Calefina in *Concord. Theol. mor. tract. 9. c. 6. n. 5.* qui citat Lessium, cui additum Petrum Nauarra de restit. lib. 3. c. 4. n. 27. & Salomon in 2. 2. q. 62. art. 7. controuer. 6. & ratiō est, quia quando fecit, quod potest, ut consilium prius evuerat, vel ostendit omnibus consideratis esse iniquum, & non sequendum, non videtur executor ipsius consilii moueri, sed sua malitia: ergo &c.

RESOL.